

vel curiosorum avidissimis precibus satisfacere. Multo  
itaque, non me unum tanta humanitate deorituris  
quorum omnium nomine si hoc sufficere poteris, pa-  
ratissimum me sponsorem, ac ad mutua officia  
paratissimum, censeas, habeasque libens meritoque  
concedas. Haga Postid' <sup>Hagae</sup> Jan. 1676.

Beukelmanno

(521)  
Dignabaris Vir Amplissime recordari epigrammati  
quod in eunte te Rectoratum ludibundus effuderam.  
tametsi veritate rei compunctus Reperta est, ecce, eadem  
ipsa schedula, inter ejusdem farinae nugae, et adjeci subito  
quae vides, ejusdem nunc fursuri alia. Tum aliquid quo  
Symphonia tua in Academia usum atque utilitatem adstruo.  
Percurres haec et ardeant, nihil potius mereatur et vale.  
Orationi tuae cum Remondio et Senero meo interesse con-  
bor, si hoc ab afflicto senili et nimis tenero paterno animo  
impetrare possim, Schilderium ante nos videbis. Haga  
7. Febr. 1676.

Joanni Buschoffio. Vir Doctissime

(522)  
Excellentissimus Legatus Magnae Britanniae, qui me singu-  
lari amicitia dignatur, hunc domesticum suum ad te  
legat, ut de viribus atque usu Moxa coram te audiat  
Discretem. praeludia quaedam podagrae hactenus igitas  
sentire visus. sane petitioni precor illustris Viri, et mea  
caetera inter vos transigetur. Vale. Haga vi. Cal. Mart.  
·CICIDCLXXVI·

Beukelmanno. Amplissime ac Doctissime Vir.

(523)  
De ingenti aerno messi meae, cujus nuper breviarium  
abstulisti, paniculos hosce excepisti manipulos. eos ut  
vrayo tuo explorandos tradas, si tanti est rogo. amabo etiam  
certior fieri, quam illi gratum munusculum fuerit, vel  
tactio. utique a tua manu porrectum vix est ut contem-  
nere audeat. Theorba modulatio est. Hujus vocabuli  
originem si me docere dignaris, qui nihil nesci facies  
rem acceptissimam; ego quidem illam hactenus frustra  
investigo, per paucas nationum linguas, quas modice  
calleo, nullo me successu torquens, vale nostrum  
deus et me ama. Haga Com. vii. Cal. Apr. CICIDCLXXVI.

Ad